



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Testes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Tertio, in contractu transactionis non fit remissio per enorme damnum, Capyc. dec. 95, num. 3, per l. Lucius, §. si. ff. ad Trebell.

Quarto, transactiones, seu compositiones, an possint fieri in relaxatione reorum inquisitorum, vide in ver. compositione.

Quinto, transigere non potest Rektor Ecclesie ultra tempus sua vita, sine consensu Episcopi, Innoc. in cap. veniens, de transact.

Sexto, transigere non potest procurator, nisi habeat speciale mandatum, vel habeat generalem, & liberam administrationem, vel sit datus in rem suam, Hostiens. in Summ. tit. de transact. §. quis posset. num. 2. similiter nec compromittere, per text. in cap. 1. per tuas & ibi Abb. 122. mot. Maranta. 4. par. disting. 14. nu. 4.

### TESTES.

Primo, mulier, minor, rusticus, post publicatum, possunt producere alios testes super eisdem articulis, Guid. Pap. dec. 124.

Secundo, testis unus omni exceptione major, facit judicium ad torturam, & quomodo fuit judicatum in facto, vide Capyc. dec. 126. num. 1.

Tertio, testis, quando diceret non ita esse sicut Notarius scripsit in examine, seu depositione eius, cui magis credendum sit, vide Foller. pract. crim. 2. n. ult. & Cap. dec. 94. ubi distinguit, an sit in crim. vel in civil. & quando testis possit corriger dictum suum, vide eund. Fol. num. 42. & 43. Covar. lib. 2. cap. 13. num. 10. in ver. verum, var. resol. Gram. dec. 60. num. 18.

Quarto, testis non juratus, non facit fidem, cap. nuper de testib. Sym. de Cas. instit. tit. 64. num. 4. gloss. in cap. fraternitatis, in ver. juramentum, 3. quæsto 9. Maran. 6. p. actu 6. nu. 19. ideo cauti sint examinatores, ut faciant testes jurare dicere veritatem.

Quarto, testis qui obscurè depositus, portet, & debet iterum examinati, cap. cum clamor, eo. tit. Gom. in cas. annum §. si vero, num. 2. de jud. lib. 6. & in cap. 1. a num. 126. de Conf. eo. lib.

Sexto, testis qui fuit perjurus, & de perjurio condemnatus in aliqua causa, si postea per triennium perseveraverit in bona vita, & emendata, an si postea testificatur in aliqua causa, possit repelliri a testificatione, & eius depositio sit nulla: Mar. 6. p. actu 13. n. 3. in fine dicit quod non Gom. in c. statut. n. 115. de resol. 6. gl. in c. per tuas. ver. an partia. de sim. & gl. in c. testimon. in ver. per jur. de testib. & Gom. in c. 1. de jud. lib. 6. n. 77. & Foller. loc. citat. de foro jud. num. 22. dicit hanc exceptionem esse perpetuam, & Gom. loc. cit. dicit, quod si non excipiatur, tenet testificatione, Afflict. dec. 36. nu. 3. dicit non esse perjurium, qui satisfecit, confessus est, & penituit; vide Abb. in c. testim. de testib. vide gl. in c. par. vnl. 22. q. 5. Addit ad Dyn. in cap. quis semel. de reg. jur. libr. 6. & per bonam conversationem triennalem tollitur illa præsumptio regulæ, qui semel malus, de reg. jur. libr. 6. Felin. in cap. cum deputati. de judice. Navar. in cap. non dicitis. n. 60. 12. q. 1. alicui, dicunt. quod perjurus nunquam admittitur, c. neganda. 3. q. 2. & c. testimonium, & ibi gl. in ver. emend. de testib. imo si deponat super multa capita



capita, sive separata, sive cōnexa, & qui in uno est falsus, redditur falsus quoad omnia. Alcia. l.1. §. 2. sed & simili, n. 48. ff. de ver. ob. Cla. q. 53. ver. sed quaro: hoc tamen fallit, si falsitas non est circa factum principale, vel qualitates essentiales, sed circa extrinseca à facto, nam tunc reliqua non essent suspecta, ampliatur si deponit unum in uno iudicio, & contrarium in alio iudicio. potest etiam de falso puniri, Clar. ubi suprà: si vero in eodem iudicio contraria deposituerit, cui standum sit primo, velle secundo dicto, vide Felin. in c. cum in tua, num. 5. de testibus. Similiter si in primo iudicio dicit se nihil scire, & in secundo deponit, nihil probat, Angel. Bal. in conf. crim. confilio 73. infine. Adde Ial. in l. in arena, nu. 6. 7. & 8. de inoff. testament.

Septimò, testes mortui, & non repetiti an probent: similiter, si dicunt in repetitione, senon recordari de depositis in prima depositione, an pro sint, vel absint, Foller. loc. cit. fol. 170. numero 6. & 7.

Octavò, testis excommunicatus non probat, nisi fuerit absolutus ad cautelam, qui pro tali negotio potest etiam invitatus absolvit, ad hoc, ut principale negotium non retardetur, lo. de Selva tra. de benef. 4. p. q. 7. nu. 10. gl. in c. veniens, in si. de test. Foller. in frag. n. 228. & ibi dicit, quod sententia lata super depositionibus testium excommunicatorum est retractanda.

Nondò, testium effrenata multitudo est rejicienda à iudice, c. cum causa, & ibi gl. in ver. effrenata, de test. & c. 2. eo. tit. l. 6. dicitur, quod tres, vel quatuor so-

lum admittuntur, Maran. 6. p. actu. 6. num. 5.

Decimò, testis debet deponere de causa scientiae, & maximè in crimina libus Maran. loc. cit. num. 18.

Undecimò, testes, etiam laici, & etiam foeminae admittuntur contra perfidiam ecclesiasticam, c. tuam, eo. tit. Foller. in addit. ad Maran. 4. p. dist. 1. tu. an. jud. si. civil. vel crim. n. 45. & infra, Diaz. præst. cri. Can. c. 20. Fol. loc. cit. de repul. nu. 27. vide c. testes, 4. q. 3. & §. item servi, & ibi dem Syl. in ver. testis, n. 1. Nav. 25. n. 49. & quamquam. 14. q. 2. & ibi gl. vide Iam. in 4. cum P. de accusat.

Duodecimò, testes, etiam non integrati, & etiam infantes, ac etiam impubes, possunt examinari, ad hoc, ut detur materia inquirendi, & an faciant indicium, etiam ad torturam, vide Foller. par. 2. num. 35. 65. & 98.

Decimtertiò, testis, quando jurat, de her quinque jurare, gl. in c. fi. 2. quest. 5. in fine, & sic actuarius, sive iudex debet scribere omnia, quæ dicit testis, sive pro, sive contra inquisitum, alias gravissime peccat, Foller. loc. cit.

Decimoquartò, testes, quando pos sunt torqueri ad investigandam veritatem, quam ipsis sciunt, vel presumuntur scire, vide Foller. loco cit. de infor. num. 19. & etiam quando vacillant, etiam si sunt clerici. Inn. in c. conquestus, de rejud. l. nullum. C. de Episc. & cler. & an per tormenta tollatur perjurium, & infamia testis, quod sic tenet Cov. 2. cap. 13. nu. 8. in si. var. resol. per l. ob carmen. §. pen. & l. 2. C. de testibus.

Decimoquinto, quando admittuntur

III familia-

familiares, vide in cap. in literis, hoc titulo,  
Gril. libro 5. cap. 3. de malef. Abb. in cap.  
ult. ver. sed quia, de his, qua vi metus ve cau-  
sa sunt, vide Bal. in Marg. Inn. in ver. te-  
stes, quando proceditur ad separationem  
matrimonii, Felin. & Panorm. in cap. con-  
sensus, dreb. Eccles. non alien. & inhabi-  
tates testes etiam recipiuntur ad proban-  
dam innocentiam, Clar. quæst. 24.

Decimosexto, testes mulier honesta,  
potest examinari, etiam domi, etiam par-  
te non citata, Abb. in cap. sicut, de test. Ma-  
ran. 6. p. tit. de cit. num. 27. & quando ex-  
aminatur domi, non est necesse citari  
partes, ad videndum juramentum ipsi-  
fius, Gom. in cap. 1. num. 31. de judic. libro  
6. ita etiam mulier prægnans debet domi  
examinari, Foll. loco citato 2. p. nume 30.  
Et infrā.

Decimoseptimo, testes duo sufficiunt  
ad conviaceendum, etiam in crimen hæ-  
resis, Diaz. loco citato, in fine.

Decimoctavo, testes alicuius oppidi,  
seicasti, an & quando possint testificari  
in causa illius oppidi, seu castri, vel uni-  
versitatis, videlicet Covar. tract. quæst. cap. 18.  
num. 4. cap. insuper, de testibus, Similiter  
etiam de Notario confidente instru-  
mentum, pro, vel contra dominum, cu-  
jus est vasallus, Vinc. de Franc. d. 158.  
num. 1. Innoc. in cap. insuper, de testib. Bal.  
in Marg. Innoc. in ver. testes, Felin. in  
cap. insuper, col. fi. de testib. Alber. tract. de  
testib. dicit; quod non, eò magis quan-  
do sunt rustici, viles, & pauperes. Capu-  
taq. decis. 167. par. 3. maximè si pro domi-  
no suo deponunt, & an probent jus pa-  
tronatus eorum communitatis, dic  
quod non, si deponunt se audivisse à se-

nib. suis. Caputaq. decis. 134. p. 2. Vide  
Ialon. cum aliis, in leg. quæst. n. 13. ver. 3  
ideo, de judic. & an Abbas, & Monachi, qui  
litigant, per procuratorem possint esse  
testes in causa Monasterii super qualitatem  
Gom. inc. presentium, in ver. quaro an  
Abbas, de test. l. 6. dicit, quod sic, quando  
procurator fuit electus per ipsos simul,  
fecit, si singulariter.

Decimonono, testes quot sint necesse  
ad probandum consanguinitatem, vel  
impedimentum in matrimonio contra-  
hendo, vide superius, in ver. matrimoni-  
um, & gloss. & text. in ca. quæst. Et c. licet,  
cod. tit. Navat. c. 12. nu. 83. Et c. 20.

Vigesimò, testis socius criminis, non  
probet, c. veniens eo, & Gram. decis. 28. Et  
in conf. de for. jud. num. 61. Et infrā, vide  
Inn. in cap. 1. Et cap. quoniam, de test. sed  
quando esset socius raptoris, an probet,  
vide Caputaq. dec. 277. p. 3.

Vigesimoprimò, testis unus cum fa-  
ma, an probet, vide Gl. & text in cap. 1.  
de appell. & an faciat iudicium ac tortu-  
ram, quod sic, dicit Penga, Comm. 110. m.  
3. Direct. Inquisit. f. 644. col. 1. & cum aliis  
adminiculis probat in crim. & matrim.  
Cap. dec. 288. p. 3. & c. Aret. conf. 13. col. 4.

Vigesimosecundò, testibus de auditu  
nulla fides est adhibenda, & maximè  
quando deponunt, quæ ab aliis audie-  
runt, Syman. de Cathol. instit. tit. 64. num.  
39. Et infrā, & an, & quando deponunt,  
se audivisse à duobus, quos nominant,  
& redundat causam, vide Foller. ubi supra  
212. num. 28. Et fol. 23. nu. 37. Abb. in cons.  
81. n. 1. & quando deponunt de auditu  
principali, tunc non dicuntur ponere de  
auditu, & sic probant; Caput. dec. 267. p. 3.

Vigesimo-



Vigesimotertio, testis vacillans, an possit torqueri, vide Foller. 2. p. num. 29. & quando possit reduci ad concordiam, quidem Marant. 6. p. aet. 13. num. 3 & quando dicatur vacillans, varians, & contrarius, vide Innoc. in cap. præterea, de testib. cogend. & Dyn. in cap. sine culpa, num. 6. de regul. iur. li. 6. & ibi addit. in littera D.

Vigesimoquarto, testes, quando sunt compellendi ad testificandum, etiam per censuras ecclesiasticas, etiam persona privilegiatae, quando aliter veritas habeti non potest, vide. o pervenit, il. 2. de test. cogen. Abb. in cap. ad nostram. il. 2. de jurejur. Maranta 4. p. dist. 2. nn. 54. Foller. 2 par. num. 29. & hoc etiam in criminis hæresis, Penga, Comm. 3. loco ciuit. & Symon. tit. 64. num. 12. etiamsi sit persona egregia, & quacunque dignitate prædicta, ibidem, & cap. excommunicavimus, il. 1. §. audivimus, de here.

Vigesimoquinto, testis in quibus teneatur, & possit testificari, vide D. Th. 2. 2. quæstio 70. art. 1. in corpore, & ad 3. & art. 4. in corpore, Sylvest. in ver. testis, §. 8. Navar. c. 25. num. 46. not. 27.

Vigesimosextio, testis deponens falsum, si subditus illi iudici, in cuius tribunalii falsum depositum, l. nullum, C. de testam. fallit in clericis, prout dixi in ver. Pragmatica, §. 2. ad 3. testis falsum deponens coram iudice spirituali, potest per illum puniri, torqueri, & castigari, & ita dicit fuisse decisum in Capeli. Tolos. quæstio 378. Hoc tamen fallit in Clerico, qui si deposuerit falsum coram iudice laico, non potest ab illo puniri, sed a suo competenti. Addit. ibi cum vulgatis, cætera vide in additionibus magnis.

Vigesimoseptimo, testis deponens falsum, pro quo quis est in periculo vitæ, vel bonorum, quid agere debeat, vide Nav. cap. 15. num. 17. not. 23. Sot. lib. 4. quæst. 6. art. 3. circa 3. dubium, de iust. & iure, 8c. Covat. l. 2. cap. 9. num. 1. var. resol.

Vigesimoctavo, testis deponens falsum absque sua culpa, quid agere debet, vide Soto loc. cit. lib. 5. q. 7. art. 4. ad primum. Caiet. 2. 2. q. 70. art. 4. in princ.

Vigesimo nono, testis quando ex timore excusetur à testificatione, vide Sotum de rat. tugen. vel deteg. secre. quæstio 7. memb. 2. concl. 3. fol. 212.

Trigesimò, testes deponentes falsum coram iudice ecclesiastico, an possint puniri a iudice seculari, Vinc. de Franc. dec. 147. nn. 4. dicit, quod sic, & contrarium fuit tentum, & sententiatum in Archiepiscopali Curia Campana, dum esset ibi Vicarius, licet casus ventilatus esset Neap. tamen Francus non negat utrumque.

Trigesimoprimum, testis unus quando faciat probationem, vide Sylv. in ver. testis, §. 5.

Trigesimosecundò, testes de auditu probant confines antiquos, & faciunt plenam probationem, Abb. in cap. cum causam, de probat. in principio, Novel. de iure protim. §. quintus, num. 66. & 67.

Trigesimo tertio, testis deponens ultra id, de quo interrogatur, non valet testimonium eius, reddit enim se suspicatum, Iano. in cap. inquisitionis, num. 1. de accus.

Trigesimoquarto, testes proficientes extra domum, deberent habere expensas, cap. veniens, 4. qu. 3. & An-

Iii 2 cha.

char. in cap. statutum, §. insuper, de rescr. lib. 6. similiter de judic.

Trigesimo quinto, testes in causa criminali, etiam existentes extra provinciam, debent remitti ad judicem causae, Abb. in c. constitutus, numero decimo de successor.

dominis Auditoribus Rotæ, quia eis pro extraordinario solatio portula solvuntur, Navar. conf. 21. de rescr. & Affl. Et. in constit. De Trigesima. Rub. 70. num. 5. dicit, quod Trigesima potest ab Episcopis a litigantibus peti, & in Constit. de q. 2. notab. nn. 2. & hoc ante simoniam.

## TITULUS BENEFICII.

**Q**uando quis teneatur ostendere titulum beneficii, vide in ver. Bullæ, §. 6. & Rebuff. iii. de rescr. ad benef. vacant. nn. 20. vide Bald. in Marg. Inno. in ver. titulum, quando quis cogit ut ostendere titulum, & Anch. in c. beneficium, num. 9. & sequenti, de regul. iur. l. 6. & quando titulus seu possessio judicetur colorata; ut quia est defectus in conferente, vide Abb. in c. cum nostris, colum. 1. de concess. præb. & capit. 2. in princip. ne sede vacante, & Ioan. de Selva tract. de benef. c. 3. p. qu. II. n. 34. & Gom. in qu. 27. de trist. possess. & quæst. 57. de ann. possess.

## TRIGESIMA.

**T**rigesima, sive quarta litis, an possit introduci per consuetudinem, ut debatur judici pro munere judicandi, vide gl. in Clem. Statutum in ver. ex iurisdictione, & ibi Abbas, n. 1. de electione, & in cap. cum ab omni, n. 1. & 9. de vita & honest. Cler. Fel. in cap. licet, col. 1. de offic. ord. ubi de sporculis et a habetur, laton, in I. ius civile, ff. de iust. & iure, tamen hodie indifferenter videtur observari in Curiis spiritualibus, & à Reverendis

## VACATIO.

**P**rimo, per solam electionem Episcopi vacant officia, quæ prius ipse obtinebat, sed non beneficia, nisi per consecrationem, Addit, ad decisi, Rotæ 17. de offi. deleg. in novis. nn. 4. sed revera beneficia non dicuntur vacare, nisi post ademptam pacificam possessionem, gl. in Clem. i. in ver. collatio 1. ut line pend. Gom. de expect. num. 63. & 78. & in q. 47. de ann. posses. & Abb. in Clem. i. nn. 3. ut line pen. gl. in c. si tibi concessio, in ver. vacare, de præb. lib. 6. Selva tract. de benef. 3. p. q. 28. & q. 2. nn. 23. & 2. p. q. 15. Inno. in c. nostris, n. 3. de rescr.

Secundo, quando dicantur vacare beneficia per ingressum Religionis, vide c. beneficium, de regular. lib. 6. c. 1. 17. q. 2. Staph. de lit. grat. f. 136. n. 1. in resignatione autem sufficit, quod quis ingressus sit Religionem re ipsa, Bullia Pii V. 58. fol. 1014.

Tertio, an dicantur vacare in Curia beneficia Episcopi, quando ipse in Curia consecratur, videtur quod sic, gl. in Clem. i. in ver. collatio, si prius ipse habebat possessionem: sed si habita consecratione in Curia postmodum vadat ad partes sui Episcopatus, & capit possessionem, non dicuntur valere in Curia, gl. in id. in ult.

Quar-

